

Mattheus

L.S. Parabola vbi iuitati cōtēnūt venire ad nuptias, de inscriptōe et imagine cesaris, de muliere q̄ septē fratres habuit, tēptat⁹ a phariseis interrogat eos de xp̄o cm⁹ fili⁹ eēt. **XXII**

Simile factū est regnū celor⁹ boī regi q̄ fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare iuitatos ad nuptias. et nolēbat venire. Itē misit alios seruos: dices Dicite iuitatis. Ecce prādiū meū paraui tauari mei et altilia occisa sunt, et oīa parata, venite ad nuptias. Illi autē neglexerūt et abierūt, aliis in villā suā, ali⁹ nō ad negociaōez suā. Reliq⁹ nō tenuerūt seruos ei⁹: et p̄tumclīs affectos ociderunt. Rex autē cū audisset irarus est et missis exercitibus suis p̄didit homicidas illos, et cūrētate illoꝝ succēdit. Tunc ait seruis suis. Nuptie qđē parate sunt: sed qui iuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad eir⁹ viāꝝ et quoscunq⁹ inuenēritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius invias p̄gregauerūt oēs q̄s inuenērūt malos et bonos, et implete sunt nuptie discubētiū. Intrauit autē rex vt videret discubentes et vidit ibi hominē nō vestitū ueste nuptiale. et ait illi. Amice quō huc intrasti non habens ueste nuptiale. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris Ligatis manib⁹ et pedib⁹ ei⁹ mittite eū in tenebras exterriores. ibi erit flet⁹ et stridor dentiū. Multi autē sunt vocati, pauci nō electi. Tunc abeūtes pharisei p̄filiū inierunt vt caperent eū in sermone, et mittunt ei discipulos suos cū herodianis: dicētes. Magister scimus qđ veras et viam dei in veritate doces, et nō est tibi cura de aliquo. Nō em̄ respicis p̄sonam hominē. Dic ergo nobis, qđ tibi videt⁹. Licet censum dari cesari aut nō. Losignita autē iesus neq̄cia eoz ait. Quid me tēptatis hypocrite. Nōdite mihi numisma cēsus. At illi obtulerūt ei denariū, et ait illis iesus. **Cuius** est imago hec et supscriptio. Dicūt ei. **Cesaris.** Tunc ait illis. Redite ergo q̄ sunt cesaris cesaři, et q̄ sunt dei deo. et audiētes mirati sunt, et relicto eo abierunt. In illo die accesserūt ad eū sacerdotes q̄ dicūt nō esse resurrectionē, et interrogauerūt eū dicentes. Magister moyses dixit, si q̄s mortuus fuerit nō h̄ns filiuz vt ducat frater ei⁹ vxore illius, et suscitet semen fratri suo. Erāt autē apud nos septē frēs, et primus vxore ducta defunctus est, et nō h̄ns semen: reliquit vxore suaz fratri suo. **S**ic scōus et tertius usq⁹ ad septimū nouissime aut oīum, et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cui⁹ erit de septē vxor. Nōs em̄ habuerūt eā. R̄ndēs autē iesus ait illis Erratis nesciētes scripturas, neq̄ virtutē dei. In resurrectionē em̄ neq̄ nubēt neq̄ nubēt sed erūt sicut angeli dei in celo. De resurrectionē autē mox uxor nō legistis qđ dictū est a deo, dicente vob⁹ Ego sum deus abraam, et de⁹ isaac et de⁹ iacob,

Nō est de⁹ mortuoy, sed v̄suentiz, et audientes turbe mirabant⁹ in doctrina eius. Pharisei autē audiētes q̄ silentium imposuisset saduceis conuenērūt in vnū: et interrogauit eum vn⁹ ex legis doctor temptans eū. Magister qđ est mandatū magni⁹ in lege. Ait illi iesus, Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, et in tota anima tua; et in tota mente tua. Hoc est maximū et primum mandatū. Scđm autē sile est huic, Diliges proximū tuū sic teipm. In his duob⁹ mādatis vniuersa lex pendet et p̄phete. Cōgregatis autē phariseis, interrogauit eos iesus, dices. Quid vob⁹ videtur de xp̄o, cu⁹ fili⁹ est. Dicūt ei. David. Ait illis. Quō ergo dauid in spū vocat eū dñm, dicens. Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis, donec ponas inimicos tuos scabellū pedū tuoy. Si ergo dauid vocat eum dñm, quō fili⁹ eius est. Et nemo poterat et respondere verbūz, neq̄ ausus fuit quisq̄ ex illa die eum amplius interrogare

L.S. Ad discipulos dixit, vt q̄ pharisei dicūt sīat, sed q̄ faciūt nō sīat: increpat scribas et phariseos de p̄selito, d̄ iuramēto, de camelot culice et cathino lauādo, et monumētis dealbat̄, et monumētis pp̄bar⁹, et alijs multj, hierlin. **XXIII**

Anc iesus locū est ad turbas et ad discipulos suos, dicens. Super cathedrā moysi sederūt scribc et pharisei. **O**ia gō q̄cūq̄ dixerint vob⁹, suate et facite, sīm opa vero eoz nolite facere. Dicūt em̄ et nō faciūt. Alligāt autē onera gūia et importabilitat imponūt in humeros hominē, digito autē suo nolūt ea mouere. **O**ia vero opera sua faciūt, vt videant ab homib⁹ dilatant em̄ phylateria sua et magnificant simbrias. Amant autē p̄mos recubitis in cenis, et pri mas cathedras in synagogis, et salutatōes ī foro et vocari ab homib⁹ rabbi. **G**os autē nolite vocari rabbi. Unus ē em̄ magister vester, oēs autē vos frēs estis. Et patrē nolite vocare vobis super terrā vñus est em̄ pater vester q̄ in celis est. Nec vocemini mḡfi, qđ magister vñ vñ⁹ est christus. Qui maior est vestrū, erit minister vester. Qui autē se aralauerit, humiliabit̄, et qui se humiliauerit, exaltabitur. Ne autē vobis scribe et pharisei hypocrite, qui clauditis regnū celorum ante homines. **G**os enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Ne vobis scribe et pharisei hypocrite q̄ comeditis domos viduaz orationes longas orantes, ppter hoc amplius accipietis iudiciū. Ne vobis scribe et pharisei hypocrite qui circūtis mare et aridam, vt faciatis vñū proselitum, et cū fuerit factus, facitis eū filiū gehenne duplo q̄ vos. Ne vobis duces ceci, qui dicitis, quicūq̄ iurauerit per templū nihil est, qui autē iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti et ceci, quid em̄ maius est, aurū an templū quod sanctificat auruz. Et quicūq̄

Mar. vii. c

Deut. vi. a

Levi. xvi. c

Mar. xii. c

Roma. xii. c

Ps. cir.

Mar. xi. d

Lucc. x. g

Mar. xi. d

Lucc. x. s

S. vi. d

Mar. xii. d

T.xi. f. et .xx. g

Jaco. iii. a

B

Luce. xiiii. c

Luce. xi. g

Mattheus

iurauerit altari nihil est, quicumq; aut iurauerit in dono qd est sup illud, debet. **L**eci qd em*m*aius est, donu*m*, an altare qd sanctificat domu*m*. **N**ui ergo iurat in altari iurat in eo et in oib*m* qd sup illd sunt, et qcūq; iurauerit in tēplo, iurat in illo, et in eo q habitat in ipo. **E**t q iurat in celo, iurat in throno dei, et in eo q sedet super euz. **V**e vob*m* scribe et pharisei hypocrite, q decimatis menta et anetū et ciminū, et reliq*m*stis q graui ora sunt legis iudicium et misericordia et fidē. **H**ec oportuit facere, et illa non omittere. Duces ceci excolates culicē, camelū aut glutiētes. **V**e vob*m* scribe et pharisei hypocrite, q mūdatis qd deforis ē calicis et parapsidis: int' aut pleni est rāpina et immūdicia. **P**harisee cece mūda prius qd int' est calicis et parapsidis, vt fiat et id qd deforis est mūdū. **V**e vob*m* scribe et pharisei hypocrite q filies estis sepulchris deabbatis, q a foris parent hoib*m* speciosa. int' nō plena sunt ossib*m* mortuorum et oī spūrcicia. **S**ic et vos a fori quidē paretis hoib*m* iusti. int' aut pleni estis hypocriti et iniqtate. **V**e vob*m* scribe et pharisei hypocrite, qui edificatis sepulchra ppbāv et ornatis monumenta iustorum et dicitis. **S**i fuissēm*m* in dicib*m* patr*m* nō op*m*: nō essem*m* socij eoz in sanguine ppbāv Itaq*m* testimonio estis vobis in etipis qz filij estis eoz q ppbas occiderūt. **E**t vos implete mensurā patrū v̄fop*m*. Serpentes genima na vīperaz quo fugiet a iudicio gehēne. Ideo dico vobis. **E**cce ego mitto ad vos ppbetas et sapiētes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis v̄rist pseq*m*mini de ciuitate in ciuitate ut veniat super vob oīs sanguis iust*m* q effusus est sup terraz a sanguine abcl iusti vsq*m* ad sanguinē zācharie filij barachie, quē occidistis inter tēplū et altare. **A**mē dico vobis, veniet hec oīa sup generatio nem istam. Hierlm hierlm qui occidis ppbast lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos quēadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas, et nolunsti. **E**cce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico em*m* vobis non me videbitis amodo donec dicas. **B**enedictus qui venit in noīe dñi.

L.S. De structura templi, et signis nouissimorum diez, et diebus breuiatis, de pseudo xp̄i et pseudo pphetis, de aduentu saluatoris, et occasu clementorum.

La. XXIII.

Egressus iesus de templo ibat. **E**t accesserūt discipuli ei*m* vt onderēt ei*m* edificationes templi. **I**p*m* aūt r̄ndēs, dixit illis. **V**idetis hec oīa. **A**mē dico vobis, nō reliquē hic lapis sup lapidē, q nō destruāt. **S**edente aūt eo sup montē oīuicti, accesserūt ad eū discipuli secreto, dicentes, dic nobis qn̄ hec erunt et qd signū aduentus tūi et cōsummationis secu-

li, et r̄ndens iesus dixit eis: **V**idete ne q̄s vos seducat. **M**ulti em*m*veniēt in noīe iueo, dicentes Ego sum christus, et multos seduceut. **A**udituri em*m* cōstis prelia et opiniones prelio*m*, videte ne turbemini. **O**portet em*m* hec fieri, sed nōdū est finis. **C**onsurget em*m* gens in gentem, et regnu*m* in regnum, et erunt pestilentie et fames et terremotus p loca. **H**ec aut̄ oīa initia sunt dolorum. **T**unc tradent vos in tribulationē, et occident vos, et eritis odio oib*m* gentib*m* ppter nomē meū. **E**t tunc scandalizabuntur multi, et innicē tradent et odio habebunt inuicem. **E**t multi pseudo prophetē surgēt, et seducent multos, et qm̄ abundabit iniquitas, refrigescet charitas multo*m*. **Q**ui aut̄ pseuerauerit vsq*m* in finem, hic saluus erit. **E**t predicabitur hoc euangelium regni in universo orbe in testimonium oib*m* gētibus et tūc veniet psummatio. **E**ū ergo videritis abominationem desolationis, q dicta est a danielē ppba stantē in loco sc̄tō, q legit intelligat. **T**ūc q in indea sunt fugiant ad montes et q in tecto non descendat tollere aliqd de domo sua et qui in agro nō reuertatur tollere tunicā suā. **V**e aut̄ pregnātib*m* et n̄trientib*m* in illis diebus. **D**rate aut̄ vt nō fiat fuga v̄fa in hyme vel sabbato. **E**rit enī tunc tribulatio maḡ qlis nō fuit ab initio mūdi usq*m* mō, neq*m* fiet. **E**t nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua oīs caro, s̄ ppter electos treuabūt dies illi. **T**ūc si q̄s vob*m* dixerit, ecce hic est christus aut illic, nolite credere. **S**urgent em*m* pseudo christi et pseudo ppbetē, et dabūt signa magna et pdigia, ita vt in errore inducant si fieri pōt etiā electi, ecce p̄dixi vobis. **S**i ḡo dixerit vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetrabilibus, nolite credere. **S**icut em*m* fulgur erit ab oriente et paret usq*m* i occidente, ita erit et ad uentus filij hoīs. Ubicūq*m* fuerit corp*m*, illuc cōgregabūt et aqle. **S**tatiū aut̄ post tribulatiōz diez illorū sol obscurabit, et luna nō dabit lumē suū, et stelle cadēt de celo, et v̄tutes celoz cōmo uebūt, et tūc parebit signū filij hoīs in celo, et tūc plangēt oēs trib*m* terre et videbūt filiū, hoīs veniente in nubib*m* celi cuius v̄tute multa et maiestate. **E**t mittet angelos suos cum tuba et voce magna, et cōgregabūt electos ei*m* a q̄ttuor ventis a sumis celoz usq*m* ad terminos eoz. **A**b arbore aut̄ fici discite parabolaz, cū iam ram*m* ei*m* tener fuerit et folia nata, scitis, qz ppe est estas. **I**ta et vos cū videritis hec oīa scitote qz ppe est in ianuis. **A**mē dico vobis, qz non pteribit genera tio hec, donec oīa fiant. **C**eluz et terra transibūt v̄ba aut̄ mea nō pteribūt. **D**e die aut̄ illa et hora nemo scit, neq*m* angeli celoz, nisi solus pf. **S**ic aut̄ in dieb*m* nocta erit et aduentus filij hoīs. **S**i cūt em*m* erant in dieb*m* an̄ diluuiū comedentes et bibentes nubentes et nuptui tradentes usq*m*

Mattheus

ad eū dīē quo intrauit noe in arcā t non cognoverunt donec venit diluuiuz t tulit oēs. ita erit t aduēt filij hoīs. Tunc duo erunt in agro. vn⁹ assumet. t vnuſ relinqtur. Due moletes in mola vna assumet. t vna relinqtur. Duo in lecto. vnuſ assumet. t vnuſ relinqtur. Vigilate ergo qz nescitis q̄ hora dīs vester veturnus sit. Illud aut̄ scitote qm̄ si sciret p̄ffamilias q̄ hora fur vē turus cēt. vigilaret vtiqz. t nō sineret pfodi dōnum suā. Jō t vos estote pati. qz q̄ nescitis hora filius hoīs venturus est. Quis putas est fidelis seruus t prudēs quē cōstituit dīs supra familiā suā. vt det illis cibū in tpe. Beatus ille seruus quē cū venerit dīs ei⁹ inuenerit sic facientē. Amen dico vobis. qm̄ sup oīa dona sua cōstiuet eū. Si aut̄ dixerit malus seru⁹ ille in corde suo. morā facit dīs me⁹ venire. t cepit pcute re p̄seruos suos. māducet aut̄ t bibat cū ebrios veniet dīs serui illi⁹ in die q̄ nō sperat. t hora qua ignorat. t diuidet eū partēqz ei⁹ ponet cū hypocritis. Illic erit fletus t stridor dentiuz. **L.S.** De decē ḥginib⁹. de talētis. de ouib⁹ a dextris t hedis a sinistris. de opib⁹ cop. **LXXV**
A Unc simile erit regnum celoz decē virginiib⁹: q̄ accipiētes lāpades suas exierunt obuiā spōso t spōse. Quicqz aut̄ ex eis erāt fatue. t qnqz prudētes. Sz qnqz fatue acceptis lāpadib⁹ nō sumpserūt oleū secū. Pudentes ho acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadibus. Morā aut̄ faciente spōso: dormauerūt oēs t dormierūt. Media aut̄ nocte clamor fact⁹ est. ecce spōsus venit. exite obuiā ei. Tunc surrexerunt oēs ḥgines ille. t ornauerūt lāpades suas. Fatue aut̄ sapientib⁹ dixerūt. Date nobis de oleo vestro. qz lāpades uostre extinguit. Rñderunt prudētes. dicētes. Ne forte non sufficiat nobis t vobis. ite potius ad vendentes t emite vobis. Dum aut̄ irent emere. venit sponsus t q̄ parate erant iutrauerūt cum eo ad nuptias. t clausa est ianua. Nonissime vero veniūt t reliq ḥgines: dicentes. Dīc dīne: aperi nobis. At ille rīdens ait. Amen dico vobis. nescio vos. Vigilate itaqz qz nescitis diē neqz horā. Sicut enī hō pegre. pfiscens vocauit seruos suos t tradidit illis bona sua. et vni dedit qnqz talenta alij aut̄ duo alij vero vnum. vnicuiqz fm ppriā virtutē: t pfectus est statim. Abiit aut̄ q̄ qnqz talēta acceperat. t opatus est in eis. t lucrat⁹ est alia qnqz. Silr q̄ duo accepit. lucrat⁹ est alia duo. qui aut̄ vnu accepit. abiens fodit in terrā. t abscondit pecunia dīi sui. Post multum vero tpis venit dīs seruoz illoroz. t posuit rationē cum eis. Et accedens qui qnqz talenta accepit. obtulit alia quinqz talenta. dicēs Dīne. quiqz talēta tradidisti mihi. ecce alia quiqz suplucrat⁹ sum. Ait illi dīs ei⁹. Euge serue bone t fidelis qz super

pauca fuisti fidelis. sup multa te constituā intra in gaudium dīi tui. Accessit aut̄ et qui duo tanta accepit: et ait. Dīne duo talenta tradidisti mihi. ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dīs ei⁹. Euge serue bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis. sup multa te constituaz. intra in gaudium dīistui. Accedens autem ip̄e qui vnuſ talentum acceperat: ait. Dīne scio quia ho durus es: metis vbi non seminasti. et p̄gregas vbi nō sparsisti. et timens abih. t abscondi talentum tuū in terra. Ecce habes quod tuum est. Respōdēs autem dīs eius dixit ei. Serue male t piger sciēbas qz meto vbi nō semino. t cōgrego vbi nō sparsi. Oportuit ergo te cōmittere pecunia meā numularijs. t veniens ego recepisse in vtiqz qd meum est cum v̄sura. Tollite itaqz ab eo talētū t date ei qui habet decem talenta. Omni enī ha benti dabit t abundabit. ei autem qui non habet. t quod videtur habere auferet ab eo. Et in utili seruum ejcīte in tenebras exteriores ibi erit fletus t stridor dentiuz. **L.** Cū aut̄ venerit fili⁹ hoīs in maiestate sua. t oēs angeli cum co. tūc sedebit super sedem maiestatis sue. t p̄gregabū turante enī oēs gentes t separabit eos ab iniūcē. s. xiiij. b **M** **Mar. iiij. c** **Luce. viij. c** sicut pastor segregat oves ab hedis. Et statuet oves quidē a dextris. hedes aut̄ a sinistris. **T** Unc dicet rex his q̄ a dextris ciuis erūt. Venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regū a constitutione mūdi. Esuriui enī et dedistis mihi māducare. Situi et dedistis mihi bibere. Hospes eram t collegistis me. Nudus. t operu istis me. Infirm⁹ t visitastis me. In carcere erā et venistis ad me. Tunc respondebūt ei iusti dicentes. Dīne qn̄ te vidim⁹ esurientē t paui⁹. si tientē et dedim⁹ tibi potum. Qn̄ autē te vidim⁹ hospitē t collegim⁹ te. aut nudū t cooperim⁹ te. aut quādo te vidim⁹ infirmū. aut in carcere. et venimus ad te. Et respondebūt rex dicet illis. Amen dico vobis q̄diu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis. mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris erūt. Discedite a me malediciti in ignē eternū: qui parat⁹ est diabolo t ange lis ei⁹. Esuriui enī t nō dedistis mihi manducre. Situi t nō dedistis mihi potū. Hospes eras et nō collegistis me. Nudus t nō operuistis me. Infirmus t in carcere. t nō visitastis me. Tunc responderūt. t ipi diētes. Dīne quādo te vidim⁹ esurientē. aut sitientē. aut hospitē. aut nudū. aut infirmū. aut in carcere et nō ministravim⁹ tibi. Tunc respondebit illis. dicēs. Amen dicovobis q̄diu nō fecistis vni de minoribus his: nec mihi fecistis. Et ibūt hi in suppliciū eternū: iusti **Johann. v. e** autem in vitam eternam.

L.S. De iudeoz cōfilio. de cōphendendo ie sum. de muliere que vnguento perfudit iesum. iudas premiū petit ut tradat iesuz. cenās de iuda

Mattheus

traditore suo ad discipulos loqui. oblatio ei⁹, petro dicit q̄ ter abnegaturus euz esset. Dōes ieu ad p̄m. iudas, ieu in osculo tradit. t̄ petrus auriculam seruo abscidit. Ieu falsis testibus cōdemnatur t̄ illuditur petrus tertio ab negat t̄ lachymatur.

A *E*t factū est cū cōsummasset ihūs sermones hos oēs dixit discipulis suis Scitis qz p̄ biduiz pasca fiet. t̄ fili⁹ hoīs tradet ut crucifigat. Tūc p̄gregati sūt p̄ncipes sacerdotū t̄ seniores pp̄li in atriu p̄ncipis sacerdotū, q̄ dicebat cayphas t̄ p̄siliū fecerūt vt ieu dolo tenerēt t̄ occiderent. Dicebat aut̄ nō in die festo. Ne forte tumult⁹ fieret in pp̄lo. Lū aut̄ ie sus esset in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eū mulier h̄ns alabastrū vnguēti preciosi. t̄ effudit sup caput ipi⁹ recubentis. Videntes aut̄ discipuli indignati sunt dicentes Ut qd p̄ditio b̄ Potuit em̄ istud venundari multo t̄ dari paupib⁹. Sciens aut̄ ieu. ait illis. Quid molesti es t̄ huic mulieri. Op̄ em̄ bonū opata ē in me. nā sp̄ paupes h̄ētis vobiscū: me aut̄ non semp h̄ēbitis. M̄ittes em̄ hec vnguentum b̄ in corp⁹ meū ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis. vbiqz p̄dicatū fuerit b̄ euāgeliū in toto mūdo. diceſ q̄ hec fecit in memoria ei⁹. Tunc abiit vn⁹ de duodeciñ q̄ dicebat iudas scarioth ad p̄ncipes sacerdotū. t̄ ait illis. Quid vult mihi dare t̄ ego vobis eū tradā. At illi p̄stituerūt ei triginta argenteos. Exinde q̄rebat opportunitatē vt eū traderet. Prima autē die azymoz accesserunt discipuli ad ieu dicētes. Ubi vis parem⁹ tibi comedere pasca. At ieu dixit. Ite in ciuitatez ad quendā: et dicite ei. Magister dicit tempus meum prope est. ap̄d te facio pasca cū discipulis meis. Ee fecerūt discipuli sicut cōstituit illis ieu t̄ parauerūt pasca. Vespa aut̄ facto discubebat cū duodecim discipulis suis. Et edentib⁹ illis dixit Amen dico vob. qz vnus v̄m me traditur⁹ est. Et p̄tristati valde ceperūt singuli dicere. Nūqd ego sum dñe. At ip̄e r̄ndēs ait. Qui intingit mecum manum in parapside. hic me tradet. Fili⁹ quidēhoīs vadit sic scriptū est de illo. Ne autem homini illi p̄ quem filius hominis tradet. Bonum erat ei. si natus nō fuisset hō. ille. R̄ndens autem iudas qui tradidit eū dixit. Nunqd ego sum rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Lenantibus aut̄ eis: accepit ieu panēt benedixit ac fregit. deditqz discipul⁹ suis. t̄ ait accipite t̄ comedite. b̄ est corpus meum. Et accipiens calicem ḡras egit. t̄ dedit illis dicens. Bis bite ex b̄ oēs. Dic est em̄ sanguis meus noui testamenti. qui p̄ multis effundet in remissionem peccoz. Dico autem vobis. nō bibā amodo de b̄ genimine vritis v̄sqz in die illū cū illud bibā vobiscum nouum in regno p̄fis mei. Et hymno di-

cto exierūt in monte oliveti. Tūc dicit illis ieu Om̄es vos scandalū patiemini in me in ista nocte. Scriptū est em̄. Percutiā pastorē. et dispergentur oves gregis. Postq̄ aut̄ surrexero precedam vos in galileā. Respōdens aut̄ petr⁹ ait illi. Et si om̄is scandalizati fuerint in te. ego nū q̄ scandalizabor. Ait illi ieu. Amen dico tibi. quia in hac nocte anteq̄ gallus cantet: ter me negabis. Ait illi petrus. Etiaq̄ si oportuerit me mori tecuz: nō te negabo. Sitr. et oēs discipuli dixerunt. Tunc venit ieu cū illis in villā q̄ dicatur gethsemani. et dixit discipulis suis. Sede te hic donec vadā illuc t̄ orem. Et assumpto petro et duobus filijs zebedei cepit contrastari et mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est aīa mea v̄sqz ad mortē. Sustinete hic et vigilate meū. Et p̄gressus pusillū p̄cidit in facie suaz orans t̄ dicens. Pater mi: si possibile ē transeat a me calix iste. Verūt nō sicut ego volo. sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos. t̄ inuenit eos dormientes. et dicit petro. Sic nō potuistis una hora vigilare meū. Vigilate t̄ orate vt nō intratis in temptationē. Spiritus quidē promptus est. caro aut̄ infirma. Iteruz secūdo abiit: t̄ ora uit dicens. Pater mi: si non p̄t hic calix transire nisi bibam illum. fiat voluntas tua. Et venit iterum. et inuenit eos dormientes. Erant em̄ oculi eoz grauati. et relictis illis iteruz abiit t̄ orauit tertio. cundē sermonē dicens. Tunc venit ad discipulos suos. t̄ dicit illis. Dormite iā et requiescite. Ecce appropinqabit hora. et filius hoīs tradetur in manus peccator̄. Surgite ea mus. Ecce appropinquabit q̄ me tradet Adhuc eo loquente. Ecce iudas vnus de duodecim venit. et cum eo turba multa cuī gladijs t̄ fustibus missi a principib⁹ sacerdotū t̄ seniorib⁹ populi. Qui autē tradidit euz. dedit illis signū dicens. Quēcunq̄ oscular⁹ fuero: ip̄e est tenete eū. Et cōfestim accedens ad ieu dixit. Due rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq̄ illi ieu. Amice ad quid venisti. Tunc accesserunt: t̄ man⁹ iniecerunt in ieu. et temuerūt eum. Et ecce vnus et his qui erant cum ieu. extendens manū exercit gladiū suū. et p̄cutiens seruū principis sacerdotum amputavit auriculā eius. Tunc ait illi ieu. Conuerte gladiū tuū in locū suū. Om̄nes em̄ qui acceperint gladiū: gladio peribſit. An putas qz nō possum rogare patrē meū. t̄ exhibebit mihi mō plus q̄ duodecim legiōes angelorū. Quō ergo implebūtur scripture. Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit ieu turbis. Tāq̄ ad latronē existis cum gladijs et fustib⁹ comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo et nō me tenuistis. Hoc autem totum factuz est. vt adimplerent scripture prophetarū. Tunc discipuli omnes relicto

Mattheus.

eo fugerunt. At illi tenetes iesum: duxerunt ad capphā principē sacerdotum. vbi scribe et seniores pñenerat. Petr⁹ autē seq̄ba eum a longe usq; in atrium principis sacerdotum. et ingressus intro sedebat cuz ministris vt videret fine. Principes autē sacerdotuz et oē cōciliū q̄rebāt am̄ testimonium p̄ iesum. vt cum morti traderet. Et nō inuenerunt. cuz multi falsi testes accessissent. Nouissime autē venerunt duo falsi testes. et dixerunt. b̄ dixit. Possum destruere tēplum dei et post triduū reedificare illud. et surgēs princeps sacerdotū. ait illi. Nihil rñdes ad ea q̄ isti aduersum te testificant. Jesus autē tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Aduero te p̄ deū viuum ut dicas nobis si tu es xp̄s filius dei. Dicit illi iesus. Tu dixisti. Verunt̄ dico vob̄. amodo videritis filiū hoīs sedentē a dextris virtut̄ dei et videntē in nubib⁹ celi. Tunc p̄nceps sacerdotum scidit vestimenta sua: dicēs Blasphemauit. Quid adhuc egem⁹ testib⁹. Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videt̄. At illi rñdetes dixerunt. Reus est mort⁹. Tunc expuerunt in facia ei⁹. et colaphis cum cederunt. Alij autē palmas faciem ei⁹ dederunt. dicētes: Prophetisa nobis christe. Quis est q̄ te pcussit. Petr⁹ vero sedebat foris in atrio. et accessit ad eum vna ancilla. dicens. et tu cum iesu galileo eras. At ille negauit corā oībus. dicēs. nescio qd dicis. Exante autē illo ianuā vidi eum alia ancilla et ait his qui erant ibi. Ethic erat cuz iesu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento. qz nō noui hoīem. Et post pusillum accesserunt qui stabāt et dixerunt petro. Vere et tu ex illis es. Nā et loquela tua te manifestum facit. Tunc cepit detestari et iurare. qz nō nouisset hoīem. et p̄tinuo gallus cantauit et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat. priusq; gallus cantet ter me negabis. et egressus foras: fleuit amare.

L.S. Jesus pilato traditur iudas laqueo se suspendit. de agro figuli. iudiciū pilati. et de baraba latrone. de clamide coccineo de corona de arundine. de genuflexione et illusionē dicētūm. Ane rex iudeoꝝ. et expuitioꝝ in eum tc. Simoni angariatione vt crucē tolleret. de felleo humore et crucifixioꝝ ei⁹. de vestimentis. de scripto rex iudeoꝝ. de crucifixioꝝ latronum. de blasphemis de tenebris factis. de dñi clamore et morte. et alijs q̄ p̄tingebāt in morte de sepultura dñi et de custodia circa sepulchrūz.

XXVII

DAne autem facto consilium inierunt oēs principes sacerdotum et seniores populi aduersus iesuz. vt cum morti tra derent. et vincutum adduxerunt eum. et tradiderunt pōtio pylato presidi. Tunc vidēs iudas q̄ cum tradidit q̄ dānatus esset. penitētia ductus retulit triginta argēteos principib⁹ sacerdotuz

et senioribus. dicens. Peccati: tradēs sanguinē iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos. Tu vi deris et projectis argenteis in templo recessit et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotuz acceptis argēteis dixerunt. Nō licet eos mittere in carbonā. qz p̄ciū sanguinis est. Consilio autem inito. emerunt ex illis agrum figuli in sepulturā peregrinoꝝ. Propter b̄ vocatus est ager ille acheldemac. b̄ est ager sanguis usq; in hodiernū diem. Tunc impletum est qd dictū est p̄ hieremiā pp̄hām: dicente. Et acceperūt triginta argēteos. p̄ciū app̄ciati quē app̄ciā uerūt a filiis isrl̄. et dederūt eos in agrū figuli. si cut cōstituit mihi dñs Ihsus autē stetit an p̄fidē et interrogauit eum p̄ses. dicēs. Tu es rex iudeoꝝ. Dicit illi ihūs. Tu dicis: et cū accusareſ a p̄ncipib⁹ sacerdotuz et seniorib⁹ nihil rñdit. Tūc dicit illi pylatus. Non audis q̄nta aduersum dicūt te stimonia. et nō rñdit ei ad vllū p̄bū: ita vt miratur p̄ses vehementē per diē autē solēnē p̄sueuerat p̄ses pp̄lo dimittere vnu vincutū quē voluisset. Habebat autē tūc vincutū insignē q̄ dicebatur barrabas. Lōggregatis ḡ illis dixit pilat⁹. Quē vult̄ dimittā vob̄. barrabā: an iesuz q̄ dicit xp̄s. Sciebat em̄ q̄ p̄ inuidiā tradidissent euz. Sedē te autē illo pro tribunali: misit ad cuz vpoꝝ ei⁹. dicens. Nihil tibi et iusto illi. Multa em̄ passa suz hodie p̄ visum ppter euz. Principes autē sacerdotuz et seniores p̄suaserūt pplis vt peterēt barabam. iesuz vno p̄derēt. Rñdēs autē p̄ses. ait ille. Quē vultis vobis de duob⁹ dimitti. At illi dixerunt. Barrabā. Dicit illis pilat⁹. Quid igit facia de iesu q̄ dicit xp̄s: Dicūt oēs. Crucifigaf. Ait illis p̄ses. Quid em̄ mali fecit. At illi magi clamabant: dicētes. Crucifigaf. Videbās autē pila tus qz nihil p̄ficaret s̄z magi tumultu fieret. accepta aqua lauit man⁹ corā pp̄lo dicens. Innocēs ego sum a sanguine hui⁹ iusti. vos videris. Et m̄dens vniuersus pplis. dixit. Sanguis eius sup nos et sup filios nōros. Tūc dimisit illis barrabā iesuz autē flagellatuꝝ tradidit eis vt crucif. gemit̄. Tunc milites p̄fidis suscipientes iesuz in p̄torio. cōgregauerunt ad eū vniuersam cohortē et exuētes euz chlamydē coccineā circūdederūt ei. Et plectētes coronā de spinis posuerū et sup caput ei⁹. et harū dinē in dextera ei⁹. et genn fleto an euz. illudebant ei. dicentes. Ane rex iudeorum. Et expuentes in euz. acceperūt arūdinē et p̄cutiebant caput ei⁹. Et postq; illuserūt ei. exuerunt eum chlamydē et induerunt eum vestimentis eius. et durerunt euz vt crucifigerent. Ereūtes autē inuenerūt hoīem cyreneū: noīe symonē hunc angariauerūt vt tolleret crucē eius. Et vernerunt in locū q̄ dicit golgotba. qd est calvarie locus. Et dederunt ei vnu bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset. moluit bibere. Postq; Johā. xix. e

Act. i. 6

zach. xi. c

B

Mar. xv. a
Luce. xxiii. a
Johā. xviii. f
Mar. xv. a
Johā. xix. b

Mar. xv. a
Luce. xxiii. c
Mar. xv. a
Johā. xviii. g

Mar. xv. a
Luce. xxiii. c
Johā. xviii. s
Act. iii. c

Mar. xv. a
Luce. xxiii. c

Mar. xv. a
Luce. xxiii. c

Mar. xv. b
Luce. xxiii. d
Johā. xix. c
Mar. xv. b
Johā. xix. a

Mar. xv. b
Luce. xxiii. d

Mar. xv. b
Luce. xxiii. e
Johā. xix. e
Mar. xv. b

Mar. xv. b
Luce. xxiii. e
Johā. xix. e
Mar. xv. b

Mattheus

aūt crucifixerūt eū diuiserūt vestimēta ei? sortē
mittētes. vt implereſ qđ dictū est p. pp̄bam dicē
tē. Diuiserūt ſibi vſtīmēta mea t ſupeſtē meā
miferūt ſortē. Et ſedētes fuabāt eū. Et imposu
erūt ſup caput ei? cām ip̄i? ſcriptā. hic eſ iefuſ
rex iudeoꝝ Tūc crucifixi ſūt cū eo duo laſtōnes
vn? a dext̄is t vn? a ſinistr̄is Pretereūtes aūt
blasphemabāt eū mouētes capita ſua t dicētes
Vah q̄ deſtruiſ ſēplū dei. t t in triduo illud re
edificas. Salua temetip̄m. ſi filius dei eſ deſcē
de de cruce. Siſr t principes ſacerdotū illudene
tes cum ſcribiſ et ſeni orbiſ. dicebant. Alios ſal
uioſ fecit. ſeiſpm nō pōt ſaluū facere. Si rex iſrl̄
eſt. deſcēdat nūc de cruce. t credim? ei. Conſidit
in deo; liberet nūc eū ſi vult. Dixit em̄. qz filius
dei ſum. Idip̄m aūt t latrones q̄ crucifixi erant
cū eo impropoſerabāt ei. A ſexta aūt hora tenebre
facte ſunt ſup vniuersam terrā vſq; ad horā no
nā. Et circa horā nonā clamauit iefuſ voce ma
gna. dicens. Hely hely. lama eſebthani. Hoc eſt
De? me? de? me? vt qd̄ dereliqſti me. Quidā aūt
illic ſtātes; t audiētes dicebāt. Heliā vocat iſte
Et cōtinuo currēns vn? ex eis acceptā ſpongīā
implenit aceto: t imposuit barūdini: t dabat ei
bibere. Ceteri vero dicebant. Sine videam? an
vēiat helias liberās eū. Iefuſ aūt itey clamās
voce magna emiſit ſp̄m. Et ecce velum templi
ſcissum eſt in duas ptes. a ſummo vſq; deorsuſ
Et terra mota eſt: t petre ſaiſſe ſunt. t monumē
ta apta ſunt. t multa corpa ſctōꝝ q̄ dormierant
ſurrexerūt. Et exeuentes de monumētis poſt re
ſurrectionē ei? venerūt in ſctāz ciuitatē: t appa
ruerūt multis. Cētūrio aūt t q̄ cū eo erāt cuſto
diētes iefuſ. viſo terremotu t h̄is q̄ ſiebāt: timu
erūt valde: dicētes. Vere fili? dei erat iſte. Erāt
aūt ibi mulieres multe a lōge: q̄ ſecute crāt iefuſ
a galilea ministrātes ei. iter q̄s erat maria mag
dalene. t maria iacobi t iοſeph m̄f. t m̄f filioꝝ
zebedei. Cū aūt ſero factū eſſet venit qdā hō di
ues ab arimathia noīe iοſeph. q̄ t ip̄e diſcipul
erat iefu. Hic accessit ad pilatū. t petiſt corpuſ
ieſu. Tūc pylat? iuſſit reddi corpuſ. Et accepto
corpe iοſeph iuoluit illud in ſyndonē mūda et
poſuit illud in monumēto ſuo nouo qđ exctde
rat in petra. Et aduoluſt ſaxū magnū ad oſtiuſ
monumenti: t abiſt. Erat aūt ibi maria magda
lene et altera maria ſedētes p̄ ſepulchꝝ. Altera
aūt die q̄ eſt poſt parafeuen. cōuenērūt prin
ciſpes ſacerdotum et pharisei ad pylatū dicentes
Dñe recordati ſumus. qz ſeductor ille dixit ad
hic viuens: poſt tres dies resurgā. Iube ḡ cu
ſtodi ſepulchꝝ vſq; in diē tertiu. ne forte veni
ant diſcipuli ei? et furenſt eū. et dicāt plebi ſurre
xit a mortuis. et erit nouiſſim? error peior p̄ ore.
Ait illis pylat?. Habetis cuſtodiā. Ite cuſtodi
te ſicut ſciſis. Illi aūt abeūtes. munierūt ſepul

chrūm ſignantes lapideum cum cuſtodiibus.

C E. S. Resurrecio dñi. et qualiter apparuit
poſt hec. de pecunia data cuſtodiibus et manda
tum de baptiſmate. **Ca. XXVIII**

T Espere aūt ſabbati q̄ lucescit in prima
ſabbati. venit maria magdalene et al
tera maria videre ſepulchrum. Et ecce
terre motus factus eſt magn?. Angelus em̄ dñi
deſcendit de celo. et accedens reuoluſt lapideum
et ſedebat ſuper eū. Et erat aspectus eius ſicut
fulgor. et vſtimentū eius ſicut nix. Pr̄timore
autē eius exterriti ſunt cuſtodes. t facti ſunt ve
lūt mortui. Respondens aūt angel? dixit mulie
rib? Nolite timere vos. Scio em̄ q̄ ihesuſ q̄ cru
cifixus eſt q̄ritis. Non eſt hic ſurrexit em̄: ſic di
xit. Venite t videte loctū: vbi poſitus eſt dñs.
Et cito eunteſ dicite diſcipulis eius. qz ſurrexit
et ecce precedet vos in galileam. Ibi eū videbi
tis. ecce prediri vobis. Et exierūt cito de monu
mento cū timore t gaudio magno currentes nū
ciare diſcipuliſ eius. et ecce ihū ſoccurrit illis
dicenteſ. Ave te. Ille autē acceſſerūt t tenuerūt
pedes eius t adorauerūt eū. Tunc ait illis ih
esuſ. Nolite timere. Itc nunciate fratribus meis
vt eant in galileā. ibi me videbūt. Que cū abiſ
ſent. ecce quidā de cuſtodiib? veneſt in ciuitatē
et nunciauerūt principib? ſacerdotū oīa q̄ facta
fuerant. Et cōgregati cū ſeniorib? conſilio acce
pto pecuniā copioſam dederūt militib? dicen
teſ. Dicite qz diſcipuli eius nocte veneſt. t fu
rati ſunt eum nobis dormientib? et ſi hoc audi
tum fuerit a preſide: nos ſuadebim? ei. t ſecuros
vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt
ſicut erant edocti. Et diuulgatū eſt verbū iſtud
apud iudeos vſq; in ho diernū diem. Undecim
autem diſcipuli abierunt in galileam in montē
vbi cōſtituerat illis iheſuſ. Et videntes eū ado
rauerūt quidā autē dubitauerūt. Et accedens
ihesuſ: locutus eſt eis dicens. Data eſt mihi oīis
potestas in celo t terra. Eūtes ergo docete om
nes gentes baptiſtantes eos in noīe patris t fi
lii et ſp̄i ſancti. docenteſ eos ſeruare oīa q̄cūq;
mandauſ vobis. Et ecce ego vobis ſum oīb?
diebus vſq; ad conſummatiōne ſeculi.

Expliſit euāgeliū fm Mattheū Incipit pro
logus ſci Hieronymi in euāgeliū fm Marcū
Marcus euāgelistā dei elect? t petri i
baptiſmate fili? atq; in diuino fm o
ne diſcipul?, ſacerdotū in iſrlagēns
fm carnē leuita. ad fidē xpi puerſus
euāgeliū in italia ſcripſit. oīdens in co qd̄ t
generi ſuo deberet t xpo. Nam initū principij
in voce ppheticie exclamatiōis institueſ ordine
leuitice electionis ostendit. vt p̄dicans p̄deſti
natū iohem filiū zacharie in voce angeli an
nunciatiōis emiſſum. non ſolū verbū carnē factū

Marcus

sed et corp^o dñi in oīa p^{ro}bū diuīne vocis aīatū in initio euāgelice p^{re}dicationis ostenderet. vt q̄ hec legens sciret cui initiū carnis in dño. et iesu aduenientis habitaculū caro deberet agnosce re. atq̄ in se p^{ro}bū vocis qd̄ in cōsonantib^r p^{re}dide rat inueniret. Deniqz cuī pfecti euāgeliū opus intrans et a baptismo dñi p^{re}dicare deū inchoās nō laborauit nativitatē carnis quaz in priorib^r viderat dicere. sed totius exp̄mens expositionē descriti. ieiuniū numeri. temptationē diaboli. cō gregationē bestiarū et ministeriū p^{ro}tulit angelorum. et instituens nos ad intelligendū singula in breui cōpingens nec auctoritatē facte rei demeret: et pficiendi opis plenitudinē nō negaret Deniqz amputasse libi post fidē pollicē dicit. vt sacerdotio reprob^r haberef. sed tm̄ p^{re}senticns fi dei predestinata potuit electio. vt nec sic in ope p^{ro}bū p^{ro}deret qd̄ prius meruerat in genere. Nam a lexandrie ep̄pus fuit. Lui^r per singula opus fuit scire et euāgeliū i se dicta disponere. et disciplinā legis in se agnoscere et diuinā in carne dñi intel ligere naturā. Que in nos primū requiri oportet. debinc inquisita volum^r agnosci habentes mercedē exhortationis. qm̄ qui plantat et qui rigat vñū sunt. qui autem incrementū prestat. de^r est.

Explicit plog^r Incipit euāgeliū sīm Marcū.
L.S. De sancto iohāne baptista. et victu et habitu eiusdē. baptizat^r iesus et tēptatus vicit p^{re}dicans penitentiā petrū et ceteros sequi iubet hoīem ab imūdo spū eripuit. socrū petri a febribus liberat leprosum mundat. La.I.

spūs expulit eū in desertū. et erat in deserto qua draginta dieb^r et qdraginta noctib^r. et tēptabat a satana. Eratqz cū bestiis. et angeli misstrabat illi. Postq̄ autē tradit^r est iobes. venit iesus in galileā p^{re}dicās euāgeliū regni dei. et dicēs. Qm̄ impletū ē tps. et appropiūqbit regnū dei. H̄eni t̄gmini et credite euāgilio. et p^{re}teries secus mare galilee. vidit symonē et andrea fratre eius. mittētes rhetia in mare. Erat em̄ p^{re}scatores. Et dixit eis iesus. Venite post me. et faciā vos fieri p^{re}scatores hoīm. Et p^{ro}tin^r relictis rhetib^r secuti sunt eū. Et p^{ro}gressus inde pusillū vidit iacobū zebēdei et iobem fratrē ei^r. et ip̄os cōponētes rhetia in naui. et statim vocauit illos. et relictō p^{re} suo zebedeo in naui cū mercenarijs secuti sūt eū. et ingrediūtur capharnaū. et statī sabbat^r ingressus in synagogā docebat eos. Et stupebant sup doctrinā ei^r. Erat em̄ docēs eos q̄si p^{ro}tatez h̄ns et nō sic scribe. Et erat in synagoga eoz hoī in spū immūdo et exclamauit. dicens. Quid nob̄ et tibi Iesu nazarene. Venisti pdere nos. Scio q̄ sis factū dei. Et p^{ro}minat^r est ei iesus: dicēs. Obmutescē. et eri de hoīc. Et discerpēs cuī spū imūdus. et exclamās voce magna. exiit ab eo. Et mirati sūt oēs. ita ut cōqreret int̄ se. dicētes. Quid nā est. b. Que nā doctrina hec noua. Qui in p^{re}te spiritib^r immūdis impat. et obediūt ei. Et p^{ro}cessit rumor ei^r statim in oēm regionē galilee. et p^{ro}tin^r egrediētes de synagoga. venerūt in domū symonis et andree cū iacobo et iohāne. Recubebat autē socrus symonis febricitās. et statī dicūt ei de illa. Et accedēs eleuauit cā ap̄phensa manu ei^r. et cōtinuo dimisit eā febris. et misstrabat eis. Vespe autē facto cū occidisset sol. afferebat ad eū oēs male h̄ntes et demonia h̄ntes. et erat oēs ciuitas cōgregata ad ianuā. et curauit multos q̄ verabātur varijs languorib^r. et demonia multa ejiciebat: et nō sinebat ea loqui. qm̄ sciebant eū et diluculovalde surgēs egressus abiit in desertū locū. ibiqz orabat. et p^{ro}secut^r est eū symō et q̄ cū illo erat. et cū inuenissent eū. dixerūt ei. qz oēs q̄rūt te: et ait illis. Eam^r in primos vicos et ciuitates. vt et ibi p^{re}dicē. Ad h̄ em̄ veni. et erat p^{re}dicās in synagogis eoz et in oī galilea. et demonia ejiciēs. et venit ad cū leprosus deficās eū. et genuflexo dixit Si vis potes me mūdare Iesus autē miser^r ei^r exrēdit manū suā. et tangēs eū ait illi. Volo. Mūdare. Et cū dixisset: statī discessit ab eo lepra. et mūdat^r est. et cōminat^r est ei. statī qz eiecit illū. et dicēt ei. Vide nemini dixeris. s̄ va de oīnde te p^{ri}ncipi sacerdotū. et offer p^{re} emūdatio ne tua q̄ p^{re}cipit moyses in testimoniu illis. et egressus cepit p^{re}dicare et diffamare symonē. ita ut iam nō posset manifeste introire i ciuitatē. s̄ fo ris in deftis locis eē. et pueniebat ad eū vndiqz

Luce.iii.a
Mat.iii.b

Mat.iii.c
Act.iii.8

Mat.iii.d
Luce.v.b

Mat.iii.e
Luce.ii.5

Mat.iii.f
Luce.iii.c

Mat.vii.6
Luce.ii.5

Mat.viii.6
Luce.iii.f



Mitium euān

gelij iesu xp̄i filij dei sic scri p̄tū est in esaia pp̄ba. Ecce mitto angelū meū aī faciē tuā. q̄ pp̄abit viā tuā aī te. Vot clamātis in [deserto]. Parate viā dñi. rectas facite semitas ei^r. Fuit in de

serto iobes baptizās. et p^{re}dicans baptismū pnie in remissionē pctōv. Et egrediebatur ad eū oīs iudee regio. et h̄ierosolymite vniuersi. et baptiza banū ab illo in iordanis flumine cōfitētes pctā sua. Et erat iobes vestit^r pilis cameloz et zona pellicea circa lūbos eius. et locustas et mel silue strē edebat. et p^{re}dicabat dicēs Veniet fortior me post me. cui^r nō sum dign^r p̄cūbēs soluere corrigaz calciamētoz ei^r. Ego baptizauī vos aqua ille p^{ro}batizabit vos spūscō. et factū est i dieb^r illis venit iesus a nazareth galilee et baptizat^r est a iobe in iordanē. et statī ascēdens de aī vi dit celos aptos. et sp̄mst̄m tanq̄ colubā descendētē et manentē in ip̄o. Et vox facta ē de celis Tu es fili^r me^r dilect^r. in te. cōplacui. Et statim

Q i

Marcus

L.S. Paralyticū iubet tollere grabatū. leui alphei se sequi iubet, et dicit nō esse opus sanis medicū, discipuli sabbato spicas euellūt. **II**

Et iterū intravit capernaum post dies octo, et audiūt est q̄ i domo eēt et p̄ueni rūt multi, ita ut nō caperet neq; adianuā et loqbat eis p̄bū. Et venerūt ad eū ferentes paralyticū q̄ a q̄ttuor portabat. Et cū nō possent offerre eū illi p̄ turba, nudauerūt tectū ubi erat, et patefacientes submiserūt grabatū in quo paralyticus iacebat. Eū aut̄ vidisset iesus fidē illoꝝ ait paralytico Fili dimittūf tibi pctā tua. Erant autē illi quidā de scribis sedētes et cogitātes in cordib⁹ suis Quid h̄ sic loquit̄. Blasphemat. Quis pōt dimittere pctā nisi solus de⁹ Quo statim cognito iesus spū suo, qz sic cogitarent intra se, dicit illis. Quid ista cogitatis in cordib⁹ vestris. Quid est facilius dicere paralytico, dimittitur tibi pctā tua, an dicere. surge tolle grabatum tuū et ambula. Ut aut̄ sciatis, qz fili⁹ hōis habet ptātem in terra dimittendi pctā, ait paralytico. Tibi dico, surge tolle grabatū tuū, et vade in domū tuā, et statim surrexit ille, et sublato grabato abiit inde corā om̄ib⁹, ita ut mirarent̄ oēs, et honorificarent deū: dicētes, qz nunq̄ sic vidim⁹. Et egressus est rursus ad mare, om̄isq; turbaveniebat ad eū, et docebat eos. Et cū p̄teriret vidit leui alphei sedentē ad teloneuꝝ, et ait illi. Seq̄re me. Et surgens secut⁹ est eū, et factū est cum accūberet in domo illi, multi publicani et pctōres simul discubebat cū iesu et discipulis eius. Erant em̄ multi q̄ seq̄bant eū. Et scribe et pharisei videntes, qz manducarent eū publicanis et pctōrib⁹, dixerūt discipulis ei⁹. Quare cū publicanis et pctōrib⁹ manducat et babit maḡ vester. Hoc audito iesus, ait illis. Nō uesse ha bent sani medico, sed q̄ male h̄it. Nō em̄ veni uocare iustos, sed pctōres. Et erant discipuli iohānis et pharisei ieunantes, et veniūt et dicūt illi. Quare discipuli iobis et phariseoz ieunāt, tui autē discipuli nō ieunāt. Et ait illis iesus. Nū quid possunt filii nuptiar̄ q̄diu cū illis sponsus est ieunare. Quato tpe h̄nt secuꝝ sponsuꝝ n̄ possunt ieunare. Venient aut̄ dies cū auferetur ab eis sponsus et tūc ieunabūt in illis dieb⁹. Nemo assumentū pāni rūdis assuit vestimento veteri. Alioqñ auferit supplementū nouū a veteri, et maior scissura fit, et nemo mittit vinū nouū in vtres veteres. alioqñ dirūpēt vinū vtres, et vinū effundet et vtres pibūt. Sed vinū nouū in vtres nouos mitti debet. Et factū est iterū cū dñs sabbatis ambularet p̄ sata, et discipuli ei⁹ ceperūt p̄gredi et vellere spicas. Pharisei autē dicebant ei. Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis qd non licet. Et ait illis. Nūq̄ legistis qd fecerit dñs quādo necessitatē habuit, et esurijt

ipe et qui cū eo erant, quō introiuit in domū dei sub abia thar principe sacerdotū, et panes pposi tionis manducauit quos nō licebat manducare nisi solis sacerdotibus, et dedit eis et qui eū eo erant. Et dicebat eis. Sabbatū ppter hoīem factum est et nō homo ppter sabbatū. Itaq; dñs est filius hominis etiam sabbati,

L.S. In synagoga sabbato curat habentē aridam manū, et multos sanat, et spiritus immūdi clamabant. Tu es filius dei, duodecim noīa a postoloꝝ. Scribe dicebant q̄ in principe demōnorum ejceret demonia matrē et frates dicit qui faciunt voluntatē dei.

Et introiuit iterū in synagogā, et erat ibi homo h̄ns manū aridam, et obseruabat eū si sabbatis curaret, ut accusarēt illū. Et ait homini habenti manū aridam. Surge in mediū. Et dicit eis. Licet sabbatis benefacere an male, aīam saluaz facere an p̄dere. At illi tacabant. Et circūspiciens eos in ira cōtristatus super cecitate cordis eorū dicit homini. Extende manū tuam. Et extendit, et restituta est man⁹ illi. Exēutes autē pharisei, statim cū herodianis consiliū faciebant aduersus eū, quō eū p̄derent. Jesus aut̄ cū discipulis suis secessit ad mare, et multa turba a galilea et iudea secuta est eū, et ab h̄ierosolymis et ab idumea et trans iordanē, et q̄ circa tyru et sydonē, multitudo magna audientes q̄ faciebat venerūt ad eū. Et dixit iesus discipulis suis, ut in nauicula sibi defuissent ppter turbam ne cōprimerent eū. Multos em̄ sanabat, ita ut irruerent in eū, ut illū tangerent quōt q̄t habebant plagas. Et spūs immūdi cū illū vi debant p̄cidebant ei, et clamabant dicentes. Tu es fili⁹ dei. Et vehementē cōminabat eis; ne manifestarent illū. Et ascendens in monte vocauit ad se q̄s voluit ip̄e, et venerūt ad eū. Et fecit ut essent duodecim cū illo, et ut mitteret eos p̄dicare. Et dedit illis ptātem curandi infirmitates et ejiciendi demonia. Et imposuit symoni nomen petr⁹, et iacobū zebedei, et iohēm fratrē iacobi, et imposuit eis noīa boanerges, qd est fili⁹ toni trii. Et andrea et philippuz et bartholomeū et mattheū, et thomā et iacobū alphei et thadeū et symonē chananeū, et iudā scarioth q̄ et tradidit illum. Et veniūt ad domū, et cōuenit itez turba ita ut nō possent neq; panē manducare. Et cū audissent sui exierūt tenere, eū. Dicebant enī qm̄ in furore p̄sus est. Et scribe q̄ ab h̄ierosolymis descendebat qm̄ beelzebub habet, et qz in principe demonior̄ ejicit demonia, et cōuocatis eis, i parabolis dicebat illis. Quō pōt satanas saīhanā ejercere. Et si regnū in se diuidatur, nō pōt regnū illud stare. Et si dom⁹ sup semetiām dispartiat, nō pōt dominus illa stare. Et si satanas p̄surrexerit in semetiām, dispa-

Marcus

titus est, et nō poterit stare, sed finez habet. Ne-
mo potest vasa fortis ingressus in domū diripe-
re nisi prius fortē alliget, et tūc domū ei⁹ diri-
piet. Amen dico vobis qm̄ oia dimittent̄ filijs
hoīm pctā et blasphemie quib⁹ blasphemauer-
runt. Qui autē blasphemauerit in sp̄m sc̄tm̄ nō
habebit remissionē in eternū. H̄ reus erit eterni
delicti, qm̄ dicebat sp̄m īmūdum habet. Et veni-
unt mater eius et fratres, et foris stantes mise-
runt ad euz vocantes euz. Et sedebat circa euz
turba, et dicunt ei, Ecce mater tua, et fratres tui
foris q̄runt te, et respōdens eis ait. Que c̄st mat-
mea et fratres mei, et circūspiciens eos q̄ in cir-
cūtu eius sedebant, ait, Ecce mater mea et fra-
tres mei. Qui em̄ fecerit voluntatē dci, hic fra-
ter meus et soror mea et mater mea est.

L.S. Parabolā seminātis dicit de mēsura
de semine iactato in terram, de grano synapis,
nauigans tempestatē sedat. **La. IIII.**

Et iteruz cepit docere ad mare, et cōgre-
gata est ad eū turba multa, ita vt in na-
uim ascendens sederet in mari, et om̄is
turba circa mare sup terrā erat, et docebat eos ī
parabolis multa, et dicebat illis in doctrina sua
Audite. Ecce exi⁹ seminans ad seminandū. Et
dum semiat; aliud cecidit circa viā, et venerūt vo-
lucres celi et comedēsūt illud. Aliud ḥo cecidit
sup petrosa vbi nō habuit terrā multā, et statim
exortū est, qm̄ nō habebat altitudinē terre, et qm̄
exortus est sol exestuauit, et eo q̄ nō habebat ra-
dicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, et ascē-
derūt spine et suffocauerūt illud, et fructū nō de-
dit. Et aliud cecidit in terrā bonā et dabat fru-
ctū ascendentē et crescentē et afferebat, vñū tri-
cesimū, et vñū sexagesimū, et vñū centesimū.
Et dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat.
Et euz esset singularis, interrogauerūt euz h̄i q̄
euz eo erāt duo decim parabolā. Et dicebat eis
Vobis datuz est nosse mysteriū regni dei, illis
autē qui foris sunt in parabolis oia fiūt, vt vi-
dentes videant, et nō videant, et audiētes audi-
ant et nō intelligāt, neqñ cōuertant et dimittant
eis pctā. Et ait illis, Nescitis parabolā h̄āc. Et
quō om̄is parabolas cognoscetis. Qui seminat
ḥbū seminat, h̄i aut̄ sunt q̄ circa viā vbi seminat
ḥbū, et euz audierint, cōfestim venit satanas et
aufert ḥbū qd̄ seminatu⁹ est in cordib⁹ eoz. Et
h̄i sunt similiter qui sup petrosa seminant, q̄ euz
audierint ḥbū; statim cū gaudio accipiūt illud,
et nō h̄nt radicē in se, sed t̄pales sunt, deinde or-
ta tribulatione et psecutiōe ppter ḥbū, cōfestim
scandalizant. Et alij sunt q̄ in spinis seminātur
h̄i sunt q̄ verbū audiūt et erūne seculi et deceptio-
diuitiaz, et circa reliqua cōcupiscentie introeū-
tes suffocant ḥbū, et sine fructu efficiēt. Et h̄i sūt

qui sup terrā bonā seminati sunt, q̄ audiūt ḥbū
et suscipiūt, et fructificant vñū tricesimū, vñū se-
xagesimū, et vñū centesimū. Et dicebat illis, Nū
qd̄ venit lucerna vt sub modio ponat aut sub le-
cto. Nōne vt sup candelabru ponat. Non est em̄
aliqd̄ absconditū qd̄ nō manifestet nec factū est
occultū qd̄ nō veniat in palā. Si quis h̄z aures
audiendi audiat, et dicebat illis, Videlte qd̄ au-
diatis. In q̄ mēsura mensi fueris, remetiet vob̄
et adjicet vobis. Qui em̄ h̄z dabif illi et q̄ nō h̄z
etiā qd̄ h̄z auferet ab eo, et dicebat, Sic ē regnū
dei quēadmodū si h̄o iaciāt sementē in terraz et
dormiat, et exurgat nocte et die et semen germiet
et increscat dū nescit ille. Ultro em̄ terra fructifi-
cat primū herbā, dcinde spicā, dcinde plenū fru-
mentū in spica. Et cū ex se p̄duxerit fructū statiz
mittit falce, qm̄ adest messis, et dicebat, Eui assū
milabim̄ regnū dei, aut cui parabole cōparabi-
mus illud. Sicut granū synapis qd̄ cū seminatū
fuerit in terra min⁹ est oib⁹ semib⁹ q̄ sunt in ter-
ra, et cū natū fuerit ascendit in arbore, et fit mai⁹
oib⁹ olerib⁹ et facit ramos magnos, ita vt pos-
sint sub vimbra ei⁹ aues celi habitare, et talib⁹ ml̄
tis pabolis loqbaſ eis ḥbū put poterāt audire
fine pabola aut̄ nō loqbaſ eis Seorsuz aut̄ disci-
pulis suis discriberat oia. Et ait illis ī die illa cū
sero esset factū, Transeam̄ cōtra. Et dimittētes
turbā assumūt cum ita vt erat in nauim, et alie na-
ues erāt cū illo, et facta est pcella magna venti
et fluci⁹ mittebat in nauim, ita vt implereſ nauis
et erat ipē in pupi sup ceruical dormēs, et exci-
tant eū, et dicūt illi, Magister nō ad te p̄tinet, qr̄
perim̄. Et exurgens cōminatus est vento, et di-
xit mari, Tace, obmutesce, et cessauit vent⁹ et fa-
cta est tranquillitas magna. Et ait illis, Quid ti-
midi estis, Necdū h̄abetis fidē, et timuerūt timo-
re magno, et dicebant ad alterutru⁹ Quis putas
est iste, qr̄ ventus et mare obediuunt ei.

L.S. Demonioruz legiōne ab hoīe expellit,
sanat mulierē a profluvio sanguis archisinago-
gi, filiam mortuam suscitavit. **La.V.**

Et venerūt trans fretū maris in regionē
gerasenoꝝ. Et exiūti ei de nauī statim
occurrit de monumētis h̄o ī spū īmūdo
q̄ dōmīclū h̄ebat ī monumētis, et neq̄ cathēis
iam q̄sq̄ poterat eū ligare, qm̄ sepe cōpedib⁹ et
cathēis vinc⁹ dirupisset cathēnas et ſpedes cō-
minuisset, et nemo poterat eū domare, et sp̄ die ac-
nocte ī monumētis et ī mōtib⁹ erat clamās, et cō-
cidens ſe lapi⁹. Vides aut̄ ieu⁹ a longe cucur-
rit, et adorauit eū, et clamās voce magna, dixit,
Quid mihi et tibi ieu⁹ fili dei altissimi, Adiuro
te p̄ deū ne me torqas, dicebat em̄ illi, Eri spū
īmūde ab hoīe isto, et infrogabit eū, Qd̄ tibi no-
men est, et dicit ei, Legio mihi nomē est, qr̄ multi

Q ij

L
Mat. v. b
Luce. viij. c
t. ri. a
Mat. x. c
Luce. viij. e

Mat. vii. a
Luce. viij. f

Mat. xiij. b
t. xxv. e
Luce. viij. c
t. ix. d

Mat. xiij. d
Luce. xiij. d

Mat. xiij. e

Mat. viij. c
Luce. viij. d

Mat. viij. c
Luce. viij. d

Mat. viij. e

Mat. viij. c
Luce. viij. d

Mat. viij. c
Luce. viij. d

A
Mat. viij. d
Luce. viij. d

Mat. viij. e

Mat. viij. c
Luce. viij. d

Mat. viij. b
Luce. viij. b

Marcus

B sum, et depcabat eum multum ne se expelleret extra
